DE HEMERALOPIA ET NYCTALOPIA DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM ... UNA...

Pietro Cassa



35

DE

HEMERALOPIA ET NYCTALOPIA

Dissertatio Inauguralis

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

PERILLUST. DIRECTORIS AC PRAESIDIS FACULT. MEDICAE,

SPECTABILIS D. DECANI,

NEC NON CLARISSIMORUM D. D. PROFESSORUM

UT DOCTORIS MEDICINAE LAUREAM CONSEQUATUR

IN C. R. UNIVERSITATE TICINENSI

AUSPICE

D.[ri] FRANCISCO FLARER

REI OCULARIAE P. O.

UNA CUM THESIBUS DEFENDENDIS

publicae disquisitioni offerebat

CASSA PETRUS

EX BRIXIA



TICINI REGII

Ex Typographia Bizzoni

1847.



DE HEMERALOPIA ET NYCTALOPIA.

—o—

PRÆLOQUIUM.

Quo nobiliorem organon aliquod functionem exercet, et complicatiorem refert fabricam, eo faciliua aegrotare, ac difficiliori negotio ad sanitatem restitui, nil melius comprobatur quam ab Oculo, qui sensunm praestantissimo dicato, multiplicibusque partibus instructo vix non innumeris, curatu saepe saepius difficillimis, morbis testatur.

Inter morbosas autem, quibus oculus adfligitur, adfectiones, ob phoenomenon singularitatem, obque circumstantiarum sub quibus e-

volvuntur, diversitatem, non minus ac propter essentiae, sive pathologicae conditiones obscuritatem, non ultimam Medicorum attentionem profecto merentur, opposita duo visionis vitia, quae *Hemeralopiae* atque *Nyctalopiae* nominibus passim a Pathologis salutantur.

Inauguralem itaque disceptationem conscripturus, inter diversa, quae mente occurrerunt, medicinae argumenta, hoc prae ceteris amplecti malui, dulci fretus spe hemeralopiae et nyctalopiae symptomata et causas, licet breviter adumbrando, medicorumque attentionem in hujusmodi visus aberrationes revocando, sufficienter quod mihi incumbit academicum munus me expleturum fore. Opus hinc jam jam aggredior, de hemeralopia primum, posterius de nyctalopia, prouti meae ferent vires, edisserens.

CAPUT PRIMUM.

DE HEMERALOPIA.



§. I. *Morbi definitio et symptomatologia.*

Illa oculorum adfectio, qua fit ut hoc organon objectus sub languido crepuscolorum lumine, nocturnoque tempore distinguendis impar evadat, dum e converso recte ea videt quousque sol horizontem tenet *Hemeralopiae* nomine apud Pathologos venit, a graecis vocibus ημερα *dies* et οπτομαι *videre*.

Pluribus apud Medicinae scriptores nominibus insignita invenitur hujusmodi oculorum adfectio, et hinc passim *coecitas nocturna*, *coecitas crepuscularis*, *dyopia tenebrarum* nuncupatur. *Visus diurnus* a celeberrimo Boerahavio dicta fuit, et *ambliopia crepuscularis* a Sauvagesio perillustris Scarpa opinionem praeeunte, qui ceu imperfectam amaurosim hunc adfectum habuit.

Antequam vero ulterius progrediamur silentio hic praetereundum non est, quod apud veteres praesertim, sed etiam apud nonnullos

inter neotericos hoc visus vitium cum opposito confunditur, et *nocturna visio* hemeralopiae vocabulo intelligitur vocis aethymon ab *ἡμέρα dies*, *α*, *particula negationem indicans*, *αἴσω*, *uti*, et *ὤψ oculus* derivando, quasi *oculorum usus privationem* significare vellent. Hoc autem perperam factum est, nam quam tradimus morbi definitio vocis aethymologiae magis rectiusque respondet.

Hemeralopia modo de repente ingruit nullis aliis morbosis phoenomenis praeeuntibus, nunc paulatim evolvitur, saepe a varii generis incomodis praeceditur.

Tali ratione qui hemeralopi futuri sunt per plus minusve longum temporis intervallum capitis dolorem frontem et supercilia praesertim occupantem experiuntur, qui non continuus esse solet, sed ad vices redire atque evanescere. Morositas deinde supervenit cum virium dedolatione adpetitusque dejectione. Os fit plerisque valde amarum, lingua albo vel flavo crassiorique muco obducitur; nausea vomitusque conatos praesto sunt. Plories hemeralopiam praecessisse vagos membrorum dolores aut torpores, die utplurimum consilentes ut nocte permolesti fierent, auctor est celeberrimus Boyer, qui exemplum hominis in Hospitio Charitatis accepti in medium profert.

cui per duarum ebdomadarum spatium antequam hemeralopia corriperetur, immanis dolor cum maximo torporis sensu, die evanescens, et quavis nocte rediens, sinistrum brachium torquebat. Interim (praecesserunt nec ne haec symptomata mox exposita) visus paulatim labefactatur, et imminuitur, tali quidem ratione ut matutino et vespertino tempore, eoque magis noctu objecta nisi ad oculum valdopere adpropinquentur, non amplius recte distinguantur. Gradatimque increscit hoc visus defectus usque dum perfecta hemeralopia sit evoluta; quod interdum citissime, nonnumquam post longius temporis intervallum succedit. Tunc aeger nonnisi eo tempore videt quo sol horizontem petit, noctu, circa vesperas, et matutinis horis perfecte obcoecatus. Neque putandum est quod hic visus defectus ab aliquo partium oculum constituentium vitio dependeat; oculi enim sanorum ad instar cernuntur, nullam neque in liquidis, neque in solidis abnormitatem praeferentes, si pupillam excipias quae utplurimum magis dilatata quam de more advertitur. Pupilla autem ipsa mobilis plerumque est quamvis lentius proprias oscillationes peragat, nocturno praesertim tempore, candelae licet lumine appropinquato. Et nunc quoque saepesaepius molestat quivis capitis dolor cum ponderis

sensu, vesperascente potissimum die, neque desiderantur aliquando vertigines, praesertim si caput ad inferiora vertatur, et levioris cerebralis congestionis indicia, et gastricarum sordium notae.

Aegri itaque circa meridiem horasque huic proximas perfecte vident, nec aliquam in oculis morbosam sensationem experiuntur. Adventantibus autem crepusculis vespertinis visus paulatim imminuitur, donec noctu ex integro extinguitor, quasi perfecta amaurosis in praesens sit, adeo ut nec proximiora corpora neque ipsa lux interdum distinguentur. Mirabile hujusmodi exemplum ex auctoritate Boerahavvi, refert praestantissimus Sauvagesius de juvene Britanno » qui optime interdiu videbat, quam» diu sol erat supra horizontem; ast ad ejus » occasum nebulas prae oculis videbat; post » occasum nihil omnino videbat, ne quidem » in cubiculo candelis copiosis illuminato, nec » ad lumen lunae utcumque splendidae, ad » quod pupilla erat immobilis (1) » Tohanries quoque Laserre analogam historiam memorat puellae Mompelusii degentis quae dum die optima videndi acie fruebatur nec lumen oculis vix non admotum noctu cernebat (2).

(1) *Nos. method. T. I. p.* 384.
(2) *Ephem. Cur. Nat. dec.* 2. *an.* 6 *obs.* 70.

Ast phoenomenon, quod prae ceteris curiosum habetur in hoc morbo, illud profecto est quod hemeralopi optime in die vident, licet solis lux valde debilis sit propter coelum obnubilatum, dum e converso nil prorsus cernunt nocturno tempore nec majori quidem luce opitulante. Hoc jam adnotaverat inter alios praeclarissimus Boyer hisce verbis: » Una » cosa molto singolare si è che gli Emaralopi » vedono distintamente ad una luce oscura, » quando il sole è sull' orizzonte, mentre do» po il tramontare di quest' astro, comunque » viva sia ancora la luce che spande, essi » non vedono gli oggetti cha molto confusa» mente (1). » Hocque confirmat perillustris Richerand (?) Delorme, qui tali modo se se exprimit: » Riesce poi cosa singolare nell' affezione, che » ne occupa, il fatto, che i malati veggono » benissimo quanto ogni altra persona, sem» prechè fitte nubi velino il sole, e rendano » oscurissimo il giorno, e che cessano di di» stinguere gli oggetti allorquando quest' astro » sparisca dall' orizzonte, sebbene tali oggetti » siano per anco rischiarati dalla riflessione » della luce sparsa nell' atmosfera. E quindi » l' emeralopo distingue il momento in cui il

(1) *Instit. Chir. T.* 3. *p.* 162.

» Sole si alza sul nostro orizzonte, e quello
» in cui esso ne parte ne' tempi nebulosi, che
» rendono affatto passaggio impercettibile pel
» restante degli uomini (1). »

§. II. *Aethiologia et Causa Proxima.*

Hisce expositis, nunc temporis causas, quae huic adfectui gignendo sunt pares, tradere oportet, relate ad quas multam adhuc haberi obscuritatem fateri necesse est. Qui graciliori corporis constitutione sunt praediti, qui alimentis crassis, viscidis, glutinosis utuntur, qui diuturniori somno indulgent, sagentemque idcirco vitam ducunt, in hoc pathema proniores esse communis fert medicorum sententia. In eamdem visus alterationem facilius offendere qui largiori liquorum alcoolicorum, potuumque cujuscumque generis calefacientium usu minime parcunt, praelaudatus Boyer auctor est, qui pariter saepe saepius a naturabum aut artificialium habitualium evacuationum suppressione interdum procedere docet. Neque minus eidem morbi obnoxii videntur, qui aliqua ventriculi irritatione laborant, vel aliquam in apparatu bilifero alterationem pa-

(1) *Diz. Class. di med. int. ed est. V.* 10. *p.* 237.

tiuntur. Quaecumque porro causae retinam validiori stimulo excitare valent, quemadmodum esset intensior lux oculis diutius admota hemoralopiam utpote consectaneum habere possunt. Neque minorem symbolam conferre feruntur ad hujusce morbi evolutionem foedus onanismus, coitusque abusus. In pellagra detentis haud raro hemeralopiam occurrere ex Roussilhe observationibus constat. Haereditaria tantum dispositione aliquando propagari tuentur nonnulli; ast hoc perraro contingere inficiari nequit; et forsan unum solummodo exemplum hujusmodi exteret in *Ephemeridibus Naturae Curiosorum* expositum, nisi nuperius historiam enarasset Cunier familiae cujusdam in qua e ducentis jam annis hereditarius hic morbus observatur.

Verum, quae in hemeralopia producenda majorem sibi vindicat spartam, causa in tempestate humido-frigida, omnibus testantibus auctoribus, procul dubio reponenda venit. Ex inde profluit ut vernali et autumnali tempore crebrius ipsa observetur; ex inde fit ut nonnullis locis endemica grassetur, quemadmodum, Patre d' Entrecolles referente, in China ob nimis diffusam oryzae sativae culturam contingit; exinde evenit ut saepenumero epidemicarum ad instar adfectionum plures sae-

penumero uno tempore adgrediatur. Epidemicam Monspelii hemeralopiam observavit Sauvagesius milites praeceteris offendens sub diu in aere humido et nebuloso excubias agentes; epidemicam, ex eadem causa, observavit Chamseru in ruribus Saint Martin, Follainvilla ubi vigesimam in altero, in altero decimam incolarum partem adflictavit. Ex eo quod vaporibus paludosis expoaita est quaedam Parisiis educationis domus evenit ut quovia anno hemeralopia in ipsa advertatur; quid quod in hospitio Berolini a quinque jam annis obtinere tradit clarissimus Dupont.

Quae quum ita sint, non immerito, prima rerum facie, egisse videntur illi, qui unicam hemeralopiae causam frigus-humidum sistera statuerunt. Cunctis vero rite perpensis circumstantiis, quae hujusce morbi evolutioni favent, hoc longe a veritate abhorrera, recta admonet praestantissimus Raige — Delorme; qui ita ait. » In onta di tutti questi fatti tendenti a provara la influenza del freddo a » della umidità sullo aviluppo della emeralo- » pia, puossi credere siavi per anco qualch' al- » tra influenza poco valutata, imperocchè ci » esponiamo spessissimo a queste cause senza » che producono il morbo attribuito alla loro » azione.... Il freddo e la umidità invero so-

» no cause comunissima, ma la emeralopia » non si osserva tanto di frequente » (1).

Non minorem ac in procatarticis hemeralopiae causis determinanda in illius natura siva causa proxima statuenda difficultatem invenimus. Sauvagesius a superflua seri quantitate in sanguinis massa redundante, oculosque, quorum vasa relaxabat, petente, morbum repetente. Vetustioris oavi medici lymphae spissitudinem naturali majorem utpote ejusdem causam criminabantur. Nonnulli peculiarem damnant oculi humorum dispositionem, qua fit ut diei calore opitulante rarefiant et pellucidi evadant, dum sub noctis frigore, densantur opacanturque. Demoura hujusce adfectionis causam in cerebro collocat, causaeque dyplopiae similem declarat. Maxima vero neotericorum pars ab imminuta retinae sensibilitate pendere praecipiunt. Quae quidem retinae insensibilitas vix non semper in hemeralopia in praesens esse admonet praestantissimus Boyer, ast ad phoenomena ipsam concomitantia rite explicanda non sufficiera pariter contendit. » Quindi, inquit ille, allorchè si vedono degli » emeralopi assolutamente insensibili alla luce » artificiale comunque viva che sia, si è obbli-

(1) *Diz. Class. T. cit. p.* 288.

» gati di ammettere in essi qualche cosa di più
» che una semplice diminuzione nella sensibi-
» lità della membrana nervosa dell' occhio »(1).

§. III. *Prognosis.*

Nullum mortis periculum ex hoc morbo imminere docet Sauvagesius, probatque secularis experientia, magisque terrere quam noxium esse praecipit Demours. Diutius tamen perdurare solet, et perraro ante mensis unius alteriusve spatium evanescit. Saepenumero per tres quatuorve menses aegrum affligit; nonnumquam per sex vel octo. Longioris durationis exempla, si Boyero fides est habenda, omnino desiderantur. Sanatur vero et sibi relicta; citius autem apta ratione curata. Sed eadem, qua profligatur, facilitate, iterum iterumque redit, et quamplurimis observationibus evictum est qui olim eam sunt passi per plures deinde annos consecutivos in illam offendere.

(1) *Inst. chir. t. III. p.* 161.

§. IV. *Curatio.*

Rationalem hemeralopiae curationem instituentibus causas quas eam produxere omnium primo tollere oportebit, at affectus in posterum oppugnare. Quotiescumque congestionis ad cerebrum vel universalis plethorae notae in conspectu habeantur, venaesectio cito celebranda est, et deinde hyrudines retro aures aut ad vasa haemorrhoidalia admovendae vel cucurbitae ad nucam profundius incidendae. Deinde quum morbus vix non semper sordes gastricae comitentur remedia emetica et purgantia propinare confert, ex quibus reapse maximas saepe saepius suppetiae haberi consuescunt. Praestat porro vesicatorium nuchae imponere, et diversarum substantiarum ad oculos dirigere. Aromaticas fumigationes optimos praelaudato Dupont effectus praebuere. Boyer non absque aegrorum emolumento alcoolicos vapores vel ex ammonia carbonica, vel et ipse ex infusionibus cum herbis floribusque aromaticis confectis ad oculos dirigebat. Scarpa suffumenta laudat ex spiritu salis ammoniaci caustico. Lotiones praeterea cum aquavitae et urina utiles invenit Poullain, cui protochlorureto hydrargyri administratio quo-

qua arrisit. Ubi haec medicorum votis non respondeat, quaedam, utpote ultima, a Raige-Delorme proponitur methodus, quae salutares, quos exerit effectus, actioni, quasi dicam revellenti, quam in tubo gastro-enterico exercet, procul dubio debet, atque in hoc sistit, ut prima die duo vel tria tartari emetici grana propinantur; deinde sudorificum ex guajaco, sassafras, cina, et salsaparilla paratum decoctum subministretur; altera adhuc die vesicatoria nucae et retro aures admoveantur. In prima ebdomada altera quavis die emesis excitanda; in posterum alternis diebus purgans, aut emeticum, aut emetico-catarticum est porrigendum quousque boni sint consecuti effectus. Tunc si sanatio ex integro non fuerit obtenta, adultis octo vel decem, pueris binas vel tres pilulas suppeditare necesse erit ex decima proto-tartratis antimonii et potassae grani parte, et pulveris radicis jalapae aut scammonii granis duobus vel tribus confectas. Qua curationis methodo citius quam cum ceteris aliis sanatio assequitur.

Hisce addendum est corticem peruvianum et valerianam sylvestrem suas quoque sibi laudes in hemeralopiae curatione promeruisse.

Quid autem dicendum est de circumferentiae corneae cauterizatione a Rocyalhe nupe-

rius proposita, cujus ope in trium vel quatuor dierum spatio quatuor in casibus sanationem obtinuisse testatur (1)? Nos lectoribus de hoc auxilio judicium libantar relinquimus.

Antequam vero auxiliorum in hemeralopia praestandorum expositioni finem imponamus de vulgari equidem ac antiquissimo tentamine loquendum est, de fumigatione, nimirum, 'ex hepate bovillo concocto. Nullum aliud subsidium celebritate hoc antecedit, a quo non abhorruit ipse celeberrimus Scarpa, qui quatuor in casibus optimo cum successu illud adhibuisse tradit (2). Doctor quoque Vivarelli ter maximo cum aegrorum emolumento ipso usum fuisse testatur (3). In Ticinensi Clinica Ocularia toties pericula instituta fuere cum sola hepatis cocti evaporatione et successiva dein hepatis consumtione, illum uti jam a Celso comendabatur paulatim comedendo. Sed qui prae omnibus efficacissimam ejusdem virtutem comprobavit, fuit jam supra laudatus Dupont, qui relata ad illud sequentia exponit: „ Ce fut un „ vieux soldat qui indiqua à ses camarades le „ remede que je vai d'ecrire... Les soldats font

(1) *Journ. de méd. de Bordeaux.*

(2) *Sulle principali mal. degli occhi p.* 323.

(3) *Annal. di med. chir. e farm. agosto e luglio* 1832 *p.* 99.

» cuire une tranche de foie de boeuf, pesant » environ une demi-livre, dans un pot de terre » neuf vernissé, et de grandeur telle qu'il » soit complétement rempli par quatre livres » d'eau. Lorsque le foie est cuit, comme pour » le manger, et que la vapeur est d'une cha- » leur supportable, il portent le pot sur leur » lit, et inclinant la tête de très-près, ils se » font jetter une couverture par dessus eux, » de maniere à y être exactement enfermés » avec le pot. Ils y restent jusqu'à ce que le » bouillon ne produis plus de vapeur, ou que » le gêne de la respiration les oblige de sor- » tir. En général, une seule application suffit » pour les guerir radicalement. J'ai connu des » soldats entêtés qui n'avoient voulu rien faire » pendant trois semaines; je l'ai même quel- » quefois souffert, afin de savoir si le remède » seroit aussi efficace pour une malodie ancien- » ne que pour une récente. Je n'y ai pas ob- » servé de différence, et à présent que je crois » avoit fait toutes les epreuves nécessaires à » ma conviction, je fais administrer de force » le même traitement de leur maladie, lorsque » je puis en avoir connoissance. Je ne dési- » gnerai point les noms de ceux qui ont été » guérit de cette maniere. Il existe actuelle- » ment au régiment plus de deux cent cin-

» quante hommes traités de cotte maniere, et
» notamment plus de soixante à la fin de mars
» et dans les premiers jours d' avril dernier
» 1787» (1).

Tam verum est quod simpliciora auxilia therapeutice maxima nonnumquam virtute pollent.

Alia etiam cum methodo Bampfieldii in ticinensi instituto oculario instituta fuere pericula, et toties aegri solo emplastri vesicatorii usu; quod mox ad tempora, retro aures, ad regionem supraciliarem adhibebatur, perfecte restituti fuernnt. Hemoralopia magnam juxta opinionem nostri Auspicis cum rheumatismo, et febribus intermittentibus habet analogiam, et si decocto stipitum dulcamarae, arcano duplicato et extracto aconiti et pauca dosi tartari stibiati commixto, quod specificam fere videtur habere virtutem cedere non vult hemeralopia etiam inveterata, ad methodum Bampfieldii recurrendum esse censet.

(1) *Recueil périod. de la Soc. de Med. de Paris an.* 5 *t.* 2 *p.* 82.

CAPUT ALTERUM

DE NYCTALOPIA.



§. I. *Definitio et Hypothyposis.*

Oppositum haemeralopiae visionis vitium, in quo, videlicet, aegri diurno tempora nec propinquiora cernunt objecta, dum noctu perfecte vident *Nyctalopiam* (a graecia vocibus *νυξ*, *νο* et *ὄπτομαι videre*) constituit, quae a nonnullis *coecitas diurna*, ab aliis *dysopia luminis*, a Sauvagesio *ambliopia meridiana*, a Platero *vespertina acies*, a Boerahavio *visus nocturnus*, a Gallis *Nyctalopie*, *Vue de bibou*, *de chat* etc. ab aliis aliis nominibus nuncupatur.

Rondelettius cum veterum quamplurihus cum hemeralopia hunc morbum commutavit inquiens: » Nyctalope est nocturna coecitas, » qua detenti vident interdiu, noctu nihil aut » parum «; quod de hemeralopia jam evenisse superius tradidimus.

In primariam seu essentialem aut idiopathicam, et secundariam vel symptomaticam

nyctalopiam scindere maxima confert. Posterior in cataracta et partiali corneae opacitate observatur, atque ex eo pendet quod sub vividioribus lucis actione pupilla coarctatur, ideoque radiorum in retinam impressioni obstat, dum e converso minori vi luce oculum feriente, dilatatur pupilla et majus radiis lucentibus iter concedit. Prior autem sive idiopathica, quae nimirum a nulla organica alteratione procedit, perraro occurrit, et retinae hyperesthesiam aut alicujus internae oculi partis inflammationis significat. Quod si, quemadmodum nonnullorum auctorum fert mens pro nyctalopia illa tantum oculorum adfectio habenda sit in qua aegri solis, densioribus licet nubibus obtecti, loeem minime ferunt, artificiale mque e contra vel vividiorem lucem, noctu absque molestia substinent, magis infrequentem adhuc adfectionem sistit, unumque forsan tantum rite observatum exemplum in Ephemeridibus Naturae Curiosorum extat puellae quatuor annos natae, quae a binis jam annis autumnali tempestate fluxionem ad oculos patiebatur cum maxima in die lucis intolerantia dum noctu ex ignis et candelae luce nullum incomodum experiretur. Qui itaque hoc adfecto laborant palpebras interdiu coarctare, densioriqne velamina coguntur, sive

secus magnas patiuntur molestias, nec circumstantia objecta videre queunt, nec oculorum explorationem ferre queunt. Lucis autem impressio adnatae injectionem, profusamque lacrymationem producit. Cephalalgia saepe comitem se facit. Nocte autem adpropinquante paulatim haec phaenomena evanescunt, aegrique tum objecta circumposita videre, tum artificialis lucis actionem ferre queunt.

Datur ne epidemica nyctalopia? In sexto Hippocratis epidemiorum libro hoc admittitur; dubium autem est utrum Medicinae Parens cum hemeralopia nyctalopiam minime confunderet.

Idem repetare decet de hereditaria nyctalopia quae in Iosephi Scaligeri gente observata fuisse fertur.

§. II. *Causae remotae et proxima.*

Inter remotas nyctalopiae causas eae omnes recensentur, quae majorem partium oculum componentium sensibilitatem, aut earundem inflammationem producere queunt. Sic interdum a vigiliis nimia protractis, a studiis profundioribus, a gravioribus laboribus provenit, alias liquorum spirituosorum abusus effectum sistit. Ex ebrietate hominem nyctalo-

pia correptum vidit Willisius. Aliquando a lucis desuetudine enascitur, quemadmodum in Anglo contingit, qui post quam obscuro in carcere reclusus fuerit per mensis spatium nullum objectum cernebat; hoc vero transacto vel minuta aliis invisibilia objecta paulatim videre coepit; denique liberatus lucem ferre nesciebat et perfecte nyctalops evasit. Nonnumquam febri adynamicae, vel ataxicae, hysterismo, hypochondriasi, helminthiasi utpote symptoma comitem se facit nyctalopia. Plerumque vero secundaria est; et varias comitatur oculorum adfectiones. In cataractae exordiis quidam advertitur, ex circumstantiis supra expositis, nyctalopiae gradus. In variis ophthalmiarum speciebus, si altiorem phlogosis attingat gradum, solemnis, ob nimiam oculi sensibilitatem, est comes nyctalopia, cujus in causa esse equidem potest cerebri vel meningum irritatio aut phlogosis et similia.

Quum symptomatica plerumque, de qua loquimur adfectio sit, in morbum qui eam producit therapia dirigenda est. Hinc si ophthalmitis, aut meningum cerebrive inflammatio aut congestio, aliaque similia ejusdem in causa sint, vena aperienda est, et remedia purgantia, emetica, et cujuscumque generis antiphlogistica suppetidanda sunt. Vesicantia nu-

cae adplicita vel cucurbitae hic incisae aliis profuera, aliis iterum purgantia, nauseamque cientia. Pilulas ex scammonii et salis gemmae drachma dimidia, et castorei scrupulo confectas laudat Aetius. Masticatoria ex pirethro, cubebis et seminibus foeniculi imperanda esse praecipit Rondeletius, qui errhina minus convenientia declarat, atque fumum oculis excipiendum esse admonit ex sequentibus substantiis obtentum.

R. Chelidon.
Rutae ana Man. ÷
Summit. foenic. — j.
Semin. seseli
Foenugr. ana unc. j.

Decoc. in aq. et vin. et fumus recipiatur.

Antiqui porro fere omnes commendarunt jecur hircinum, multis modis praeparatum, et cum sale comestum.

Denique Prof. Martini methodum a Vassal adhibitum hisce verbis exponit: »Il D. Vas» sal guari una nittalopia con questo sem» plicissimo metodo; fece preparare due coni » di cartone, lunghi due pollici e mezzo, » neri internamente, all' estremità di ciascun » cono mise un vetro azzurro: applicò l' al» tra estremità a ciascuna palpebra in modo » che i margini del cono penetrassero nell'or-

» bita; applicò una cortina di taffetà nero alla
» periferia di questa estremità talchè i raggi
« luminosi non potevano penetrare (1) «.

FINIS.

(1) *Ann. di Med. Chir. e Farm. Marzo e Apr.* 1832. *p.* 120.

Theses defendendae.

---

1. *Pellagram novum morbum non sistere.*
2. *Pulmonum haepatisatio non semper a phlogosi repetenda.*
3. *Paracenthesis in tympanitide intestinali nunquam instituenda.*
4. *Falcadina syphilidis degeneratio.*
5. *Contagium typhicum irritanti virtute pollere.*
6. *Scabiem morborum crisim nunquam constituere.*
7. *Purgantia irritantem potius quam contrastimulantem actionem semper exercere.*